

tant, & forum aliquando moderantur. Cel. Jo. Bohnius in libro de officio Medici duplii, Lips. MDCCIV. edito, parte II. c. I. Magistratus, inquit, Medicos consulere, horumque censuras in multis exposcere, tenetur; quibus adiuti demum de rebus dubiis sapienter atque integre judicant. In civitatem ejusque integratatem artis medicæ ambitus etiam immediate fese exerit. Medicorum prudentiæ æris ac vietus salubritatem Magistratus, civium saluti invigilans, committit. Cel. Jo. Ern. Hebenstreit in anthropologia forensi Lips. MDCCLI. edita, sect. I. c. I. §. I. consilia, ait, a Medicis Magistratus exigunt; cum, quid reipublicæ caussa instituendum perficiendumque sit, illi ignorare haud debeant, & scire præsumantur.

## Cap. II.

De constituendis regendisque personis medicinalibus generatim agens.

### §. VI.

Personarum medicinatium constitutio.

Finem rite adepturus, de mediis illi apertissimis ante omnia cogitet; ergo, ne reipublicæ personæ in utraque medicina eruditissimæ exercitatissimæque desint, indefessam maximamque Magistratus curam habeat.

A 3

Ad

Ad salutarem hanc scientiam excolendam subjecta judicio pollutia invitanda sunt; illa enim non prolixioris ambitus solum; sed & cognitu, dijudicatu, ipsoque exercitio difficilima est; ne, pro nonnullorum præjudicio, ad studium Theologicum vel juridicum inepti ad medicinam addiscendam satis habeantur idonei. Plato in Protagora, in republica medicos eruditione claros usque comprobatos, neutiquam desiderari, voluit. Per ill. L. B. Christ. de Wolf in den vernünftigen Gedanken von dem gesellschaftlichen Leben der Menschen c. 3. §. 380. inquit, da man zu Verhütung der Krankheiten große und viele Sorgfalt vonnöthen hat; so muß man auch in dem gemeinem Wezen zu Abwendung derselben alle mögliche Mittel finden: Zu dem Ende hat man verständige Aerzte und Wundärzte nöthig.

Schol. Longos terramm tractus personis medicinalibus publicis carere, vel plurium civitatum aut præfecturarum curam uni committi, consultum non est; in primis si morbi epidemici, saepius meritabiles, incidunt. Illarum penuria etiam pravis medicastrorum conarinibus ansam præbet.

### §. VII.

#### Earum institutio.

Cum scientiæ salutaris rite addiscendæ ea ratio sit, ut sine practica manuductione manca

manca debilisque maneat; corpora mortua  
incidenti, operationes chirurgicas admini-  
strandi, processus chymicos instituendi,  
herbas legendi, artem obstetricandi exer-  
cendi, atque medicinam clinicam faciendi,  
& quidem sub magistrorum experientissi-  
morum diligentissimorumque manuductio-  
ne, largissima subministretur occasio. Nec  
respectu harum disciplinarum necessariis  
sumptibus parcendum est; nullibi enim me-  
lius, quam ad civium valetudinem secun-  
dam vitamque conservandas, collocari  
posse, res ipsa loquitur. Cel. Jo. Bohnius  
in tract. de offic. Medici dupl. part. I. c. 1 p.  
XI. hanc, inquit, filiis artis exercitationem  
maxime commendo, quae in visitandis, sub  
comitatu & manuductione præceptorum, &  
præficorum experientiae magis confirmatae,  
ægrotantibus consistit. Perill. L. B. de Wolf.  
I. c. inquit: Die Anstalten in einem wohl-  
bestellten gemeinen Wesen müssen dahinaus-  
gehen, daß man alle Gelegenheit finde, zu  
lernen, was einem, der die Kunst treiben  
will, zu wissen nöthig ist, und die angehen-  
den Aerzte und Wundärzte geschwind zur  
Erfahrung zu bringen. In terris Austriacis,  
Gallicis, Borussicis, Hassiacis, aliisque non  
satis laudanda summorum Imperantium huic  
rei, in maximum reipublicæ emolumentum,  
impensa cura omnibus nota est.

Schol. Illi, qui salutaria scientiam medicam in republica provehendi instituta culpose impediunt; gravissimis haud raro ipsimet dannis afficiuntur; dum prudenti auxilio in morbis destituti, opinione sua cito, pereunt.

### §. VIII.

#### Earnum examen & obligatio.

Dum ad utramque Medicinam faciendam, vel artes illi ministrantes exercendas, personas illarum non satis gnaras, vel malæ famæ, admittere, admodum periculosum sit; ab arte peritis omnes, istas professuræ, sufficienter tendandæ sunt, atque a Magistratu in illarum vitam sollicite inquirendum est, &, his recte se habentibus, jure jurando obstringendæ & medicinam faciendo licentia demum donandæ sunt. Perill. Jo. Henr. de Justi in der Polizeywissenschaft S. 113, inquit: Wenn die medicinischen Anstalten ihren abgezielten Entzweck erreichen sollen; so muß man auf die Gelehrsamkeit und Geschicklichkeit derjenigen, so Aerzte abgeben wollen, eine große Aufmerksamkeit haben, und daß die medicinischen Facultäten öfters auch wenig gelehrt Personen die Doctor-Würde, des Geldes halben, zu ertheilen pflegen; so muß

muß diese Würde nicht genug seyn, jemand zur Ausübung der Heilungskunst zu berechtigen; sondern ein jeder angehender Arzt muß, über dies, bey dem Ober-Collegio medico einer strengen Prüfung unterworfen werden. Licet ejusmodi privilegiorum abusus non in omnibus academiis obtineat, & in nonnullis non a solo Medicorum ordine, sed a toto senatu academico, Doctoris gradus candidatis conferatur; et attamen tam respectu Medicorum, quam aliarum personarum medicinalium, quavis cautione opus esse, libenter concedimus.

### §. IX.

#### Illarum officium.

Omnes artem medicam atque chirurgicam, vel disciplinas illis inservientes, quo-cunque modo exercentes a Magistratu adi-gendi sunt, ut vitam vivant honestissimam; impuris enim, ebriosis, aliove scelere in-quinatis, neque salus publica, neque singulorum civium valetudo curæ cordique est. Dein ut in officio suo pro virili exse-quendo omnem diligentiam exerunt, nisi id sponte faciant, cogendi sunt; major enim læsio in cives committi nequit, quam si ex personarum medicinalium incuria, quorum officium longè aliud desiderat, eo-rum valetudo atque vita negligitur. Ter-

tio firmiter statuendum est, ut illarum quælibet suas res agat, nec, ut nonnullarum perverius mos est, neglecto proprio officio, in messem alienam falcem suam immittat, taliaque tractet, quæ ultra suum captum, nec ipsi concredita sunt. Nec ulli, ut malis artibus se aliorum curationibus, vel rebus ad medicinam prorsus non pertinentibus, admisceat, concedendum est. Denique ut, pacem inter se colentes, unitis, adeoque majoribus, viribus omnia ad salutem publicam privatamque, respectu utriusque valitudinis, pertinentia prudenter ac sedulo procient, a cunctis serio exigendum est.

### §. X.

Honor illis habendus.

Personas medicas ad amissim officio suo fungentes debito honore, prout diversi illarum ordines illum exposeunt, dignas Magistratus judicet, nec ut ab ignorantibus pravisque artis salutaris osoribus contemptin habeantur, ferendum est. Apud gentes politiores v. c. Aegyptios, Arabes, Græcos, Romanos &c. Medicos in honore fuisse, legimus. Nec ad illos pertinet, quod apud ultimos nonnisi de jatraliptis, aliisque hujus furfuris subjectis, valuit. Ad Medicinæ, sicut ad aliarum Facul-

— — —

II

cultatum, Doctores ea quadrant, quæ Cel.  
Geor. Christoph Walther in tract. de statu,  
juribus & privilegiis Doctorum omnium  
Facultatum c. XIII. proposuit, quod scili-  
cet doctoratus privilegia cum equestri dig-  
nitate, iuris dispositione, connexa sint, &  
in Imperiali Camera Nobiles atque Doctores  
ad paria judicentur. Quin omnes disciplinæ  
ad utramque Medicinam spectantes oppido  
liberales sunt, omnibusque eas rite tractan-  
tibus sua debetur æstimatio; nemoque pru-  
dens illam scientiam, quæ salutis humanæ  
præses est, vel illam rite exercentes vili-  
pendet; cum hi, sapientius non sine periculo  
suo, aliorum miseriis levandis vitæque con-  
servandæ inserviant, & docti, probi dili-  
gentes Medici magnum reipublicæ ornamen-  
tum atque præsidium sint. Vid Cl. Henr.  
Lampe in tr. de honore, privilegiis & juri-  
bus Medicorum Groeningæ MDCCXXXVI.

### §. XI.

#### Earum remuneratio.

Ut personis medicinalibus, pro labore  
atque expensis suis, justum honorarium  
præbeat, pretiumque persolvatur, nec ab  
ingratis defraudentur, curam Magistratus  
quoque habeat; id quod tanto justius at-  
que æquius est, cum istæ, ob pauperum  
mu-

multitudinem, gratiam alii operam conferendi occasiones & obligationes quotidie habeant; quod in alia vita genera non aequum cadit; ita ut illi eleemosinarii publici merito dicendi sint. Magna nonnullorum divitum vel justo tenaciorum, vel in aliis rebus minus necessariis prodigorum, iniquitas est, qui, promissis antea montibus aureis, medicos etiam pauperiores, post curationem, honorario turpiter defraudant, vel tantillum praebentes, id Medicis dono dari, magnifice arbitrantur.

### §. XII.

#### Autorum Testimonia.

De honorario accipiendo discipulos suos Hippocrates in præcept's sequente ratione commonuit: Remunerationis exigendæ acerbitatem, absque cupiditate, suadeo; ne quid extorqueas; sed ad opulentiam & facultates respicias; quandoque etiam gratis cures, nempe quando sunt pauperes. Ditiones autem multam atque exactam corporis sui curam & habent, &, haberí, desiderant, illisque inserviuntur multo molestius. Teste Cel. Dno Ern, Hebenstreit l. c. sect. II. c. v. §. IV. summa æquitas est, illum, qui intra morbos operam præstítuit, soluto pro laboribus, curis, vigiliis, cursitationibusque pretio, consolari. Nec defunt suo offi-

officio judices, & postulatam Medicorum mercedem, secundum aegroti facultatem, attemperant, &, ubi in exigenda illa severiores visi sunt, Facultatibus medicis rem decidendam relinquunt.

Schol. I. Iniquissimum atque a Magistratu minime ferendum est, si personæ medicinales, sicutili avaritia ductæ, ab aegrotis pauperibus curationis pretium exigunt atque accipiunt, vel illos impie negligunt.

Schol. II. Pharmacevtæ, empirici, circumforanei, aliquique renebriones, medicinam illicite facientes, opera atque pharmacorum pretium jure exigere nequeunt, neque in illo accipiendo juvandi sunt. Monente Cel. Dno. Hebenstreit l. c. sect II. c. V. §. VII. pharmaca, quæ suo consilio aegrotis Pharmacevta exhibuit, si illorum solutio exigitur, expungenda sunt; cum rei, dolose & cum aegrotantis periculo venditæ, pretia exigi haud possint. Idem de empiricis valere, nullo dubio subiacet; sed nebulones hi, curationibus suis ipsimet parum fidentes, in ejus initio sibi de pretio prospicere solent, atque dein aegrotos argento emunctos deserunt, solumque verunt.

### §. XIII.

---

---

§. XIII.

Collegia Medica.

Ordo in rebus medicis, tam legum medicarum transgressiones impediendo, quam admissas puniendo, & omnia, quæ respectu utriusque valetudinis ad salutem publicam necessaria sunt, procurando, a nullis dicasteriis, quam a collegiis medicis, servari potest. Hæc a Magistratu ex personis politiam medicam bene callentibus, Juris Consultis doctissimis & Medicis experientissimis, viris probitate & diligentia conspicuis, quibus salus publica curæ cordique est, legenda atque ea autoritate augenda sunt, ut, sine aliorum judicium imploratione, id, quod res ipsa fert, possint constituere.

## §. XIV.

Eorum usus.

Ad ejusmodi collegia tam a præfectura rum prætoribus, quam a personis medicinalibus, omnia deferenda sunt, quæ civium valetudini periculum portendunt, vel contra leges medicas patrata sunt; ut illis in tempore obviamiri possit. Quin in quovis utriusque Medicinæ casu graviori personis medicinalibus collegia medica a consiliis sint.

## §. XV.

## S. XV.

## Testimonium.

Quod Perill. Dn. de Justi in den Grund-  
säcken der Policien Wissenschaft §. 351. de  
republica bene ordinanda administrandaque  
generatim monuit, id non potest non de  
politia medica speciatim verum esse. Daß  
die Policien-Fälle nicht den ordentlichen Ge-  
richtbarkeiten überlassen werden können, be-  
darf wohl keines weitläufigen Beweises.  
Alle diese Gegenstände sind so beschaffen,  
daß zu ihrer Entscheidung eine besondere Er-  
kenntniß der ächten Policien-Grundsätze er-  
fordert wird; welche die ordentlichen Richter  
selten haben. Der Zusammenhang der Po-  
licien-Verwaltung erfordert auch dieses, und  
eine Aussicht, die ohne genugsmäßiges Ansehen,  
und ohne die Macht zu strafen, statt finden,  
soll, ist eine leere und vergebliche Anstalt,  
die nicht die geringste Wirkung haben kann.  
Die Straffen sind die Mittel, wodurch die  
Policien-Anstalten erhalten werden müssen.  
Wenn diese Mittel in der Gewalt anderer  
sind, die eins theils diese Endzwecke nicht  
genugsam kennen, andern theils aber von  
besondern Grundsäcken, Absichten und Le-  
denschaften regiert werden; so erwartet man  
die Erreichung dieser Endzwecke vergeblich.

Idem

Idem autor l. c. C. VIII. de collegio medico sequentia speciatim tradidit: Da die Menschen gar vielerlei Krankheiten unterworfen sind, die viele frühzeitig in das Grab wesen; so sind alle Maßregeln der Policien zur Bevölkerung eines Landes wenige oder nichts: wenn nicht auch dieselbe ihre Vorsorge auf die Erhaltung der Gesundheit, und Heilung der Krankheiten der Untertanen, richtet. Zu dem Ende ist in einem wohl eingerichteten Staate zuvörderst ein Gesundheits-Rath nöthig, der aus einigen ansehnlichen Staats-Bedienten, welche eine vollkommene Erkenntniß in dieser Art der Policien Angelegenheiten besitzen, und aus einigen gelehrten, erfahrenen und berühmten Aerzten bestehen muß, und derselbe muß vor alle in diese Bezirk fallende Angelegenheiten eine unermüdete Vorsorge tragen.

### Cap. III.

#### De personis medicinalibus speciatim.

### S. XVI.

#### Medicinæ Professores.

In academiis scientiæ medicæ Professores doctissimi atque diligentissimi constituendi, & ut quilibet disciplinas sibi concreditas practice doceat, adigendi, atque , ad hunc finem  
con-